UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Io. Francisci Leonis Eporediensis I. V. D. Episcopi Thelesini Thesaurus Fori Ecclesiastici

Leoni, Giovanni Francesco

Coloniae Agrippinae, 1682

59 Missam non jejunus celebrans poenam excommunicationis incurrit.

urn:nbn:de:hbz:466:1-10316

Visual Library

gravibus viris ſub nomine Cardinalium,
præſertim Cardinalis Guaſtavilliani ipſius
Gregorij nepotis ſcriberet; ac illis fretus,
pluribus in locis ſe Epiſcopum Manfre-
doniæ nominaret: & ſacris ordinibus ca-
rens, Miſſas quamplures, præſertim tranſ-
mare in Hiſpaniarum regnis, Pontificali-
ter celebrare, ac quamplura beneficia
vacantia conferre, auſus fuit. Diſpenſa-
tiones etiam conceſſit pro nuncio San-
ctæ Sedis Apoſtolicæ ſe gerendo, & fra-
trem germanum prædicti Cardinalis Gua-
ſtavilliani ſe eſſe jactando, donec fraude
detecta, carceratus, ab Hiſpania ad Ur-
bem capitivus tranſmiſſus, in carceribus
ſanctæ, & ſupremæ Inquiſitionis poſitus
fuit, indeque fabricato, & perfecto ejus
proceſſu, pœnas luit, laqueo ſcilicet deau-
rato ſuſpenſus, ut etiam de viſu ipſe teſtari
poſſum.

Deinde ad nefariam, & ſacrilegam ſi-
milium hominum temeritatem coercen-
dam, qui ad ſacrum presbyteratus ordi-
nem minimè promoti ſint, ſacerdotis ta-
men auctoritatem ſibi temerè aſſumen-
tes Miſſarum celebrationem uſurpare, &
ſacramentum pœnitentiæ miniſtrare au-
dent, Clemens Papa VIII motu pro-
prio, & ex certa ſcientia, Sanctæ Inquiſi-
tionis judicium conſcientiæ conſulere, &
ne in futurum de pœna hiſce delinquenti-
bus imponenda dubitari poſſit, providere
volens, ſua perpetuò valitura conſtitutio-
ne decrevit, atque ſtatuit; ut quicunque
non promotus ad ſacrum presbyteratus
ordinem repertus fuerit Miſſarum cele-
brationem uſurpaſſe, vel ſacramentum
pœnitentiæ miniſtraſſe, ab judicibus San-
ctæ Inquiſitionis, vel locorum Ordina-
riis, tanquam eccleſiæ miſericordia indi-
gnus, à foro abijciendum eſſe ſtatuit, &
ab ordinibus eccleſiaſticis, ſi quos ha-
buerit, ritè degradatum, ſtatim curiæ ſecu-
lari per judices ſeculares debitis pœnis
plectendum tradi mandavit, ut in litteris
ſub die prima Decembris 1601. deſuper
expeditis.

59 Secundò, † Miſſa non, niſi à jejunis ſa-
cerdotibus debet celebrari, quòd fuit de-
ciſum in conc. Carth. *ut in c. Sacramenta*
de conſecr. dinſtinct. 1. qui poſt cibum, vel
potum etiam minimum, divina celebrat,
eſt excommunicatus, *c. nihil, §. nullus, 7.*
quæſt. 1. Hoſtienſ. *in ſum.* §. *& qualiter jeju-*
60 *no, nu, 13. de conſecr. Eccleſ vel Alta.* † Ebri-
us verò non præmiſſa digeſtione celebrans,
eſt beneficio privandus *cap. ſi conſtiterit, de*
accuſ. & ibi Abb. *num.* 1. non tamen
aliàs ſolùm propter ebrietatem poteſt
quis beneficio privari, ut ibi Abb.
numer. 3.

61 Tertiò † majori excommunicatione ex-
communicatus, vel interdictus, aut ab ho-
mine à divinis ſuſpenſus Miſſam celebra-
re prohibetur, & celebrans depoſitionis
pœnam incurrit, *cap. penult.* 11. *quæſt.* 3.
c. clerici, cap. latores, de cler. excom. mi-
niſt. & ibi Abb. *num.* 1. & Hoſt. *in ſum.*
numer. 1. *verſ. excommunicatus igitur, eo-*
dem tit.

62 Quartò, ſacerdos regulariter unam
tantùm Miſſam in die poteſt celebrare *c.*
ſufficit, de conſecr. diſtinct. 1. *cap. conſulu-*
iſti, cap. te referente, de celeb miſſ. &
contrafaciens mortaliter peccat. Navar.
capit. 25. *numer.* 87. *tom.* 3. Quæ regula
limitatur per eundem Navar. ibi in ſeptem
caſibus.

63 Primò, ut nòn † habeat locum in die
Nativitatis Domini, qua tres dici poſ-
ſunt;